

SACRA ROMANA ROTA

NULLITATIS MATRIMONII OB AVERSIONEM ET COACTIONEM,
NOCNON EXCLUSIONIS PROLIS

VOTUM DEFENSORIS VINCOLI

EXCELLENTISSIMI PATRES!

I.—FACTI SPECIES

1. In Urbe, mense septembri anni 1949 vertente, Johanna G., duodevigi-
ginti annos nata, obvium habuit Heraclius di M., unius ac viginti annorum
juvenem, qui in propinqua domo degebat.

Venustate enim puellae captus, in eam incidere et cum ea loqui juvenis
desiderabat, quapropter repetere illam coepit quovis se conferret, ut eidem
sensus animi sui aperiret. Quos nec respuit puella. Mutua amoris signa sibi
invicem dare coeperunt, sponte quidem, et insciis prorsus utriusque parentibus.

Frequentes occursum excitaverunt erga mulierem propensionem viri, qui,
haud obstante mulieris parentum contrarietate, cum ea amicitiam nexuit.
Cum autem dilectio inter ipsos pedetentim percrebuerit, in illicitos amores
perrexit. Mense septembri 1950, post annum a primo occursum, juvenes sexua-
lem incepterunt inter se habere relationem, ex qua puella praegnans evasis,
licet adhuc integra, et vir tantummodo, una quidem vice aestu passionis
obnubilatus, ad ostium vaginae inseminaverit.

Mulier, post actum impudicitiae incompletum, odium in juvenem stupa-
torem, ut contenditur, concepit; et dum matri patefecit regularum absentiam,
cum juvene tamen in gratiam redivit atque deinceps Doctores F. et C.
consuluerunt de puellae praegnantia. Responsionem affirmativam cum ha-
buerint, infamiae evitandae gratia, ad abortum procurandum, licet frustra,
medicales praestationes puella nec respuit.

In notitiam matris puellae, mense decembri exeunte, pertulit Doct. C.,
quae, re cognita, ut sui suaeque familiae honori consuleret, eidem matri-
monium imposuit atque puella tacite consensit. Et illa mater, cum cogno-
visset voluntatem juvenis injuriae per justas nuptias reparandae, parentibus
viri jam domi advenientibus diaetam offerre filiae non omisit inter alia.

Tempore elapso, donationum petitio convenientiam nuptiarum ex parte praesertim puellae et patris eius mutavit, ita ut Johama, indignata adversus Heraclium, ab isto nunc aversam se profert. Irata est mater eius vehementer, et, rebus compositis, apud filiam institit, ut hisce nuptiis adsentiretur.

2. Unde, die 14 februarii 1950, in Ecclesia paroeciali S. Theresiae "Al Corso d'Italia" de Urbe, inter Johanam, quae iam ad quartum graviditatis mensem pervenerat, et Heraclium, nuptiae celebratae sunt, sollemnitatibus quidem adhibitis, quae sociali utriusque contrahentis conditioni conveniebant. Romae, post breve iter nuptiale, vita communis domi parentum sponsi instaurata fuit, licet haud pacifica, sive ob dissidia diversi ingenii exorta, sive ob indolem viri, qui otium et vitia colere incepit, et officii suis qua sponsus ac dein qua pater defuit, sive ob difficultates oeconomicas, sive tandem, ut dicitur, quia mulier invita et coacta ad nuptias accessit.

Die 19 junii filius natus est, qua nativitate non obstante, a die 21 januarii 1952 coniuges separationem instituerunt.

Post plures separationes ad tempus ac iterata reconciliationis conamina, mense junio 1954, mulier separationem legalem ob viri culpam petiit. Ad experimentum vita communi instaurata et quidem ad iudicis instantiam, mense decembri 1954, ad consensualem separationem legalem devenerunt.

3. Tribunali Vicariatus Urbis, die 20 februarii 1958, uxor matrimonium accusavit ex capite metus ipsi incussi, necnon ex capite exclusionis boni prolis ex parte viri.

Sententia edita est, die 13 junii 1959, statuens non constare de matrimonii nullitate.

Actrice appellante ad superius Tribunal eiusdem Vicariatus Urbis, nova instructione addita, et dubium iterum concordatum, prodiit sententia, die 4 februarii 1961, votis actricis adversa.

Actricis cl. Patronus non acquievit et recurrit ad S. R. Rotam, instantia diei 15 martii 1962, ad novum causae examen obtinendum. Quasdam declarationes a tribus subsignatas cl. mus Patronus exhibuit, et Exc. mus Turnus, die 24 octobris 1964, decrevit novam causae propositionem esse admittendam.

Coram N. S. O., post novam et plenioram instructionem et dubium, die 20 octobris 1965, rite concordatum, haec causa in tertio jurisdictionis gradu videnda venit, sueta dubii formula proposita:

AN CONSTET DE MATRIMONII NULLITATE, IN CASU.

II.—IN IURE

4. Agitur de applicando praescripto can. 1087 c. J. C., quod bene notum est. Cum matrimonium sit quasi servitus perpetua (S. Thomas, Suppl., q. 47, art. 6), plena libertate gaudere debent qui sub communi iugo mancipantur.

Metum reverentialem, qui in praesentiarum ut nuptias irritans invocatur, levem a doctrina et a jurisprudentia praesumi, nemo est qui ignoret, nisi apprime demonstretur patientem revera succubuisse, prorsus invitum, parentum vel superiorum voluntate (cfr. Gasparri, De matrimonio, ed. 1932, n. 848; Wernz, Jus Decretalium, tom. IV, n. 264; S. R. Rotae Decisiones, in una Transilavanien., coram Massimi, 11 martii 1929; Neritonen., coram Jullien, 16 januarii 1939; Strigonien., coram Heard, 16 januarii 1939; Pannormitana, coram Jullien, 16 octobris 1943).

Metum, aliquando, limites gravitatis et injustitiae pertingere posse etiam absque minis, verberibus, ceterisque materialis violentiae signis, pacificum est. At hoc per strictam probationem debet evinci: tuto enim, Rotalis jurisprudentia docet metum reverentialem uti levem, in genere, praesumi debere, nedum pro viris, **SED ETIAM PRO PUELLIS**; nisi in aperto veniat constans et gravis patientis aversio prae ac post nuptialis, ac nisi pateat durum ac forte ingenium agentium, simulque suavis ac debilis patientis indoles, ita ut cunctis aequae perpensis, iussum parentum loco verae compulsionis haberi debeat, et ius subiecti proprie laesum et conculcatum appareat.

Ut ostendatur metum reverentialem prae se ferre gravitatem, injustitiam atque coetera quibus, ad normam can. 1087 § 1, ob metum, matrimonium invalidum est, satis non est probatas esse parentum preces ac suasiones vel assiduas; sed probentur oportet eae quae, spatium ad quietem non tribuentes, instantissimae sunt vimque oppressionis seu vexationis habent, et ideo aequivalent minis atque gravem continent injuriam: eis enim, si filius parere renuat, necessario coniungi videtur indignatio gravis et diuturna parentum (cfr. Sanchez, De sancto Matrimonii Sacramento, lib. IV, disp. VII, n. 4, 7, 8); nam sine gravi injuria, qua quis cogitur agere quod secus non egisset, metus injustus non intelligitur (cfr. Pirhing, lib. IV, tom. 1, n. 119; Reiffenstuel, lib. I, tit. 40, n. 101).

Jamvero in illa, enim, re summi momenti, ut est matrimonium, parentibus ius est suasionibus, precibus erga liberos uti, circumstantias rerum obiectivas repraesentare —quae si cogant iudicium considerantis, vis haec non nisi ab intrinseco procedens, libertatem actus non minuit— immo, ex rationabili causa, modicam quoque coactionem adhibere (cfr. v. gr. S. R. Rotae Decisiones, in Lugdunen., 5 junii 1917, pag. 128); neque parentes injuste agunt, si fortiter instant vel etiam modicam adhibent coactionem, ut filiam ad matrimonium inducant, ad honorem familiae et bonam famam puellae salvandam. Tamen agitur de statu eligendo, ideoque libertas filii conservanda est. Si, ergo, vere invitus remansit, pater eum ad nuptias cogere nequit. Omnia itaque adiuncta, tum obiectiva, tum maxime subiectiva, sunt consideranda, ad normam Instructionis S. Cong. S. Officii a. 1883, ut de re tam difficili justa proferatur aestimatio.

5. Maior tamen aliquando oritur difficultas in probanda gravitate metus.

Attentis honestate et indole metum patientis, qui unice statum animi trepidantis indicare valeat, perpensis quoque et ingenio metum incutientis

aliisque adiunctis, Iudex efformavit sibi iudicium, utrum parentes dumtaxat iure suo, in conciliando matrimonio, usi sint, an fines suae potestatis praetergressi injuste filio incusserint metum, sive simpliciter gravem sive reverentialem qualificatum (cfr. in una diei 25 iulii 1938, vol. XXX, pag. 459, n. 3).

Quocirca **DISTINGUATUR** oportet aversio a coactione et rursus **MATRIMONIUM COACTIONE EXTORTUM A MATRIMONIO RATIONE CONCILIATO**. Siquidem saepius a patronis adducitur atque a iudicibus sancitur argumentum hoc: probata aversione, quae fundamentum est actionis de nullitate matrimonii meticulosi, praesumitur violentia et libertatis laesio injusta ideoque coactio. Attamen veritati cedere praesumptio debet; nam quodcumque aegre fit, ob metum gravem atque injustum non eo ipso fit; atque contrahens, quamvis matrimonio ineundo repugnet, voluntati superioris libere acquiescere potest, pietatis virtute, vel propter rationes ab eo adductas aut propter utilitates, sibi suisque derivandas. Matrimonium ita ratione conciliatum, etiamsi anceps quaedam cura perstiterit, procul distat a matrimonio non inito nisi ob metum gravem atque injustum (cfr. in una Vindobonen., 11 januarii 1930, pag. 30, coram Jullien, eadem 29 januarii 1932, pag. 41, coram Grazioli; eadem 16 aprilis 1935, pag. 402, coram Massimi).

Amoris defectus in sponsum, etsi praesumptionem inducat animi repugnantis a matrimonio, non tamen plene aversionem illam adstruit, ex qua indirecte concluditur pro meticuloso consensu. Verum aversio considerata est non quoad personam quacum contrahendum est, sed quoad nuptias cum ipso ineundas: videlicet fieri potest ut persona placeat ut amica, ex qua veneris voluptas capienda sit, sed varias ob causas arceatur ut coniux: haec profecto repugnantia seu aversio, non alia, in hisce causis considerata est.

III.—IN FACTO

6. In primis animum in suspenso tenet, in hac causa, quaestio circa veritatem metus incussi necnon circa eiusdem gravitatem et praesertim injustitiam. Ut intentionem exponeret, declararet, comprobaret, humaniteratrici facultas amplissima est data.

In prima instantia praeter partes auditi sunt quattuordecim testes; in secunda, seu post priorem sententiam negativam, interrogati sunt secundum ambae partes necnon duo testes; in tertia ista instantia, seu post alteram sententiam negativam, praeter attestationem medicam et declarationem aliam (Summ., pag. 177, VI), productae sunt epistolae, quas duae personae, anno 1962, ad matrem actricis et ad eandem actricem dabant. Coram S. R. Rota, tandem, interrogati sunt tertium pars actrix, secundum unus testis, primum quattuor testes.

7. Antequam sermo fiat de metu, quaedam praemittere iuvabit circa juvenum occursus.

AUDIAMUS ACTRICES, quae de primis signis amoris, sibi anno 1949 a convento datis, haec fassa est: "Il più assiduo nel seguirmi e nel farmi la corte fu E. de M... Per quanto non sentissi nulla per quel ragazzo, fui solleticata nel mio orgoglio e nella vanità femminile" (Summ., pag. 24, ad 3). Nihil mirum, si puella illis primis signis amoris non tribuit magnum momentum, tamen: "Lasciai quindi che egli mi avvicinasse di tanto in tanto nelle comuni occasioni che si potevano presentare" (Summ., ibidem); licet paululum oblectata esset ob pulchras qualitates physicas juvenis.

Idipsum confirmat D.na CAROLA: "Diceva che non aveva nessun interesse per quella cosa ma che ci si adattava per quella naturale condiscendenza che una ragazza è portata ad avere per un giovane che le mostra delle attenzioni. Si dimostrava piuttosto preoccupata per quello che poteva pensare la gente" (Summ., p. 109, ad 4/5).

De quapiam igitur aversione ab initio orta loqui non licet: "Sebbene mi sentissi lusingata di tale assiduità, tuttavia non sentivo alcun sentimento per lui" (Summ., pag. 1, in libello); non deinceps, quia: "... il Di E., appena tornò a vedermi, prese nuovamente ad insistere per incontrarci e mantenere tra noi una amicizia" (Summ., pag. 25 ad 5).

Et CONVENTUS describit quomodo sponsi sese gesserint: "Per circa un anno frequentai Giovanna per rapidi e fuggevoli appuntamenti" (Summ., pag. 47 ad 5). Per se patet neque in hac nova periodo ullum vestigium alicuius aversionis in mente puellae exstitisse; nam secus non ita sese ostendisset erga virum amore eam prosequentem (Summ., pag. 47 ad 5); devitavisset illius occursus.

Porro, est certum nostram actricem sensibus amasse conventum: "era un bel giovane, ed io, vedendomi corteggiata con una certa assiduità, ne fui lusingata nel mio orgoglio e nella mia vanità femminile" (Summ., pag. 24 ad 4).

Ad rem declarat D.na SERIPALDI: "Mi capitava di tanto in tanto di vedere Giovanna fermarsi a parlare con Eraclio per strada. Siccome il ragazzo non mi piaceva, a titolo di amicizia ne avvertivo la mamma della ragazza. Seppi allora che per quella ragione la signora Giopertini massacrava di botte quella figliola. Per questo mi astenni poi dal tenerla informata di tali incontri" (Summa., pag. 91 ad 5/10). Et consonat D.na ROSA M. (Summ., pag. 87 ad 4).

Quod, ceterum, aperte confitetur conventus, addens etiam puellam propositiones amoris, in occursibus illis, non simpliciter ac passive acceptasse, sed active exhibuisse. En verba Heraclii: "Tuttavia ci furono tra noi degli abbracci e dei baci... Certo sull'inizio essa si mostrava restia anche ai semplici incontri. In seguito mi avvicinava con maggiore facilità ma notai sempre che aveva una ossessione del pensiero della mamma" (Summ., p. 57 ad 5).

Et ACTRIX in libello scripserat: "All'infuori di qualche bacio, Eraclio si è sempre comportato correttamente nei miei riguardi ed io avevo fiducia nella sua educazione e del suo comportamento" (Summ., pag. 2 in fine).

8. Tabulas perscrutanti obvium fit actricem NULLAM AVERSIONEM habere in personam Heraclii: “Più volte fui picchiata dalla mamma —fatetur actrix— quando si accorse che mi ero incontrata con Eraclio. E poi in casa era una continua richiesta se mi ero vista o no con quel ragazzo” (Summ., pag. 25 ad 5).

Tamen docet nostra Jurisprudentia non esse attendendam in causis huiusmodi aversionem in personam, quae aliis utique motivis, puta ad explendam libidinem, placere potest, sed potius aversionem in matrimonium cum illa persona contrahendum. At pariter ex actis resultat ACTRICEM VOLUISSE ID MATRIMONIUM: “Il giorno in cui Eraclio venne a parlare con la mamma, fu immediatamente estromesso senza che neppure potesse aprire bocca e mia madre mi picchiò davanti a lui. Forse per reazione a questa nuova sfuriata di mia madre io non disarmai e gli incontri con Eraclio proseguirono” (Summ., pag. 26 ad 5). Quamquam res mira manet, acceptari potest explicatio data ab actrice: “Non era affatto nelle intenzioni del giovane e tanto meno nelle mie di avanzare una richiesta di fidanzamento, perchè neppure tra noi ragazzi era stata affacciata una simile ipotesi” (Summ., ibidem). At, distingue tempora, et explicabis iura! Dolendum est quod actrix ita dicat: “Fino a quel momento il ragazzo era stato molto riguardoso verso di me e nelle manifestazioni esterne non si era mai andati al di là di qualche bacio” (Summ., ibidem). Brevis haec actricis expositio explicatione et commento non indiget, quia complura ipsa, consulto vel oblivione, omisit, quaedam vero suo modo retulit.

Ceterum actrix iuvenis inexperta non erat: “Quando abitavamo ancora presso la città Universitaria, io avevo frequentato, col consenso dei genitori e quasi ufficialmente, un altro giovane di nome G. B.” (Summ., pag. 34 ad 8n versus dimidium). Maximi momenti est depositio MATRIS ACTRICIS, quae refert: “... Anzi la gente li riteneva fidanzati” (Summ., pag. 69 ad 6). Et verum quidem est, quia secus prorsus aliter egisset actrix nec explicantur quotidiani inter iuvenes occursum sponte statuti.

Quod quidem confirmatur a D.na CAROLA: “Qualche volta mia zia, mamma di Giovanna, mi domandava che cosa pensassi di QUELL’AMORUCCIO della figlia” (Summ., pag. 109 ad 6/7 in fine).

Illam eadem in libello scripserat haec notatu digna: “Insistendo egli nelle sue proposte, verso novembre (anni 1949) gli dissi che gli avrei dato una risposta dopo una quindicina di giorni”. Et consulto scribit: “ma era soltanto una scusa per interrompere la sua corte non avendo assolutamente alcuna intenzione di fidanzarmi con lui” (Summ., pag. 1 in fine).

Sed promissio de futuris nuptiis datur et acceptatur ubi primum invicem partes sibi occurrerunt, tribus transactis mensibus a die quo se cognoverant, ipsa actrice fatente: “Senonchè le cose andarono diversamente, perchè il Di M..., appena tornò a vedermi, prese nuovamente ad insistere per incontrarci e mantenere tra noi una amicizia” (Summ., pag. 25 ad 5); aliter non intelligitur quaedam ab actrice suo modo relata: “Io cercavo di coprire le cose e intanto, per una specie di reazione a quell’ossessionante controllo

(matris), tornavo a incontrare Eraclio, pur non avendo nessuna intenzione per lui" (Summ., pag. 25 ad 5 in fine).

Praesumptio ergo statim surgit mutuos dilectionis sensus iam antea intervenisse, qui nunc plene firmantur data ac recepta fide (parentibus utriusque insciis, bene notetur!) de matrimonio ineundo.

CONVENTUS confitetur: "Verso Giovanna io sentivo una certa simpatia e forse anche un particolare interesse dovuto al fatto che la trovavo diversa dalle altre" (Summ., pag. 47 ad 5), addens etiam: "Negli asami del giugno 1950 Giovanna fu rimandata in alcune materie e durante l'estate dovette andare per delle ripetizioni alle Capannelle. Quando lo seppi fui contento, perchè avrei potuto avere occasione di vedere la ragazza con maggior comodo data la lontananza da casa sua. Difatti le andai appresso regolarmente" (Summ., pag. 48 ad 6).

Et PUELLA propositiones amoris acceptavit et exhibuit: "La maggiore distanza che occorreva coprire per andare fino a quella località, MI OFFRI' MAGGIOR TEMPO PER VEDERE IL DI M..., il quale, come si può bene immaginare, mi venne appresso anche alle Capannelle. In genere egli mi aspettava alla fermata del tram, quando io tornavo dalla lezione" (Summ., pag. 27 ad 6 initio).

Et D.na CAROLA refert: "Nel settembre 1950 fui ancora ospite in casa Giopertini e notai che mia cugina SI INCONTRAVA DI FREQUENTE con quel ragazzo. Fu in un giorno di quelli che essa me lo presentó" (Summ., pag. 109 ad 6/7).

Prosequitur ACTRIX describens quotidianos fere occursus ad thesim sustinendam: "Quella località aveva larghe zone di prati, sicchè noi due, o ce ne tornavamo subito insieme a casa, o ci trattenevamo un pochino a chiacchierare per la campagna" (Summ., pag. 27 ad 6 initio); quibus in itineribus et adiunctis: "Una sera —ait actrix— che io uscii un po' più tardi del solito, ed imbruniva, ci fermammo a sedere su un prato", ad luxuriae actus incompletos: "Facemmo quattro chiacchiere, e il ragazzo mi si avvicinò per darmi il solito bacio" — uti de more (Summ., pag. 27, initio).

Et tandem fatetur actrix: "Ma in maniera fulminea egli mi distese a terra, e, prima ancora che io potessi pensare ad una qualunque reazione, MI FU SOPRA PONENDO I SUOI GENITALI A CONTATTO CON I MIEI dopo aver leggermente scostato le mutandine, che non era riuscito a togliermi" (Summ., pag. 27 ad 6, versus dimidium). Quae quidem, quin oppressionem mulieris invitae probent, amorem potius et consensum insinuant, eo vel magis quod: "Essendo restata perfettamente lucida di mente —actrix ipsa prosequitur— e sapendo che cosa mi poteva accadere, una volta che con la forza non avrei potuto riuscire a difendermi, cercai di non acuire la passionalità di Eraclio, con l'opporre resistenza" (verba notentur!). "Mi contenni pertanto in modo passivo e lasciai che egli sfogasse la sua libidine, tanto più che mi rendevo ben conto che pareva che egli non avesse intenzioni di giungere agli estremi" (Summ., pag. 27 ad 6, versus finem).

Quae quidem explicatio tali modo ab actrice describitur ut non difficile ab omnibus intellegatur ILLUM NON FUISSE PRIMUM, ex conventibus intimis, itemque violentiam nullam a viro, in possidendo itaque mulierem, fuisse adhibitam.

Ipsa actrix declarat: "Difatti io non avvertii alcun dolore e non ebbi perdita di sangue, sichè mi sentii molto sollevata quando Eraclio si allontanò da me"; quamvis aversum animum a luxuriae actu (nunc in iudicio) statim actrix probare contendit, deponens: "ero certa di avere scongiurato il peggio" (Summ., pag. 27 ad 6, in fine).

Puella, enim, non erat ignara, simplex ac pavida, sed in rebus mundi experta, et studiis magistralibus addicta.

Vir tamen convenit cum actrice asserens: "Quella sera mi parve il MOMENTO PROPIZIO; le fui sopra, le sollevai le vesti ed ero pronto per prenderla. La ragazza mi fece inizialmente opposizione, poi si arrese. Ma intanto forse l'emozione, forse il molto tempo che andavo meditando quell'attimo, mi giocarono un brutto tiro, ed ebbi la scarica prima di riuscire a sverginare la ragazza" (Summ., pag. 49 ad 6 initio).

Etsi diversimode loquatur in prima et in altera depositione: "Giovanna, quando LE FECCI VIOLENZA, in effetti non si arrese mai perchè continuò a reagire..." (Summ., pag. 150 ad 3). Quod conventus talia affirmet, non miramur. Sed facile acquievit: "Concludendo quindi, affermo sotto la santità del giuramento prestato che Giovanna, di fronte al mio tentativo di possederla, non acconsentì assolutamente" (Summ., ibidem).

At, FUITNE VIOLENTIA?

Reparanda quidem esset injuria ex parte conventi?

Actrix confitetur se ad venerem compulsam esse iniquis artibus Heraclii, hunc fuisse auctorem praegnationis (Summ., pag. 29 ad 6; et Summ., 3, pag. 9, in fine), cum nullo alio viro commercium carnale se habuisse. Sed ex actis patet satis libere, etsi non libenter, sui corporis copiam fecisse Heraclio licet non ad coitum, ob unum voluptatis scopum.

Nec aliter deducitur ex depositione Doct. DEL FIACCO: "... Il D. M. che era presente ebbe a dire CHE SE AVEVANO SBAGLIATO avrebbero riparato" (Summ., pag. 107 versus initium).

Et consonat D.na E. di L.: "Da sua madre noi apprendemmo che il figliolo si trovava costretto a sposare perchè aveva commesso una sciochezza e la ragazza si trovava incinta" (Summ., pag. 118, initio); et addit: "Essi mi dicevano di essere giunti alla gravidanza che aveva poi provocato il matrimonio, senza volerlo. Eraclio riconosceva di essere stato lui a non rispettare la ragazza come avrebbe dovuto. COSTEI ASSICURAVA DI NON AVER DESIDERATO QUANTO SI ERA VERIFICATO" (Summ., pag. 119, versus dimidium).

Rem confirmat D.na G. Z.: "Per spiegare il motivo di quella decisione improvvisa, mia sorella rivelò che il figlio aveva messa incinta la ragazza che ora gli toccava sposare" (Summ., pag. 121 ad 4).

His prae oculis habitis, inquirendum tamen est num fuerit Heraclius stuprator. Ad rem, iustae sunt leges, si latae ad bonum communem tutandum,

nullatenus iuri naturali aut canonico obstant. Principium adeo usitatum contra stupratorem virginis, nempe art. 519 Codicis poenalis italici, esset applicandum, in casu? SEQUITUR CONSECTARIUM: Heraclium nullum crimen patrasse, poena puniendum, quia Johanna maior nata erat, seu aetatem excedebat sexdecim annorum, et libere etsi non libenter ad impudicitiam consensit. Unde puella in turpe commercium consensit et accusatio violentiae carnalis veritate haud nititur. Alia rationabilis explicatio in casu desideratur.

Sed animadvertere quis poterit copulam, ex Rotali jurisprudentia, haberi utique signum libidinis, non vero consensus. Et re quidem vera, quamvis non est per se signum consensus, eo minus est signum aversionis et violentiae; quin immo, generatim, ut ipsa ratio suadet, est factum quod cum aversione atque violentia difficillime componi potest; nam posito actu luxuriae licet incompleto, recte ac facilius praesumitur amor et consensus, nisi contrarium invicte probetur; quod, in casu, ex actis non constat: "Forse per reazione a questa nuova sfuriata di mia madre —actrix explicat in iudicio— io non disarmai e gli incontri con Eraclio proseguirono" (Summ., pag. 26 ad 5); "Per circa un anno frequentai Giovanna per rapidi e fuggevoli appuntamenti" (Summ., pag. 47 ad 5), deponit conventus: quod quidem signum aversionis non est!

9. Iamvero CIRCUMSTANTIAE, quae subsequuntur ACTUM LUXURIAE INCOMPLETUM, attente perpendi debent, quia proferuntur ut caput princeps probationis aversionis et stupri, quem actrix ex parte conventi subisse ponitur. Eae tamen considerandae sunt relate praesertim ad tempus, quo verificantur.

Deponit actrix: "... Nonostante che Eraclio avesse preso lo stesso tram, mi guardai bene dallo stargli vicino, per la nausea ed il ribrezzo che egli ormai mi faceva. Egli stesso aveva forse vergogna di avvicinarsi. Dopo questo fatto, la mia risoluzione era quanto mai decisa; non vedere più il D. M. Se fino a quel momento ero stata indifferente nei suoi confronti, da allora cominciai ad odiarlo, sentimento che sempre più andò aggravandosi in me col succedersi degli eventi" (Summ., pag. 28 ad 6 initio). Itaque aversum animum a matrimonio contrahendo cum Heraclio actrix probare contendit in iudicio. Sed ante omnia res non apparet, in casu, verisimilis, si abfuit vera iniuria, uti supra demonstratum est, et actus luxuriae incompletus dici nequit stuprum. Obstant gravissimae praesumptiones.

Notandum statim hic venit conventum retulisse: "Mi accorsi che costei restò sbalordita da quanto era avvenuto e si allontanò frettolosamente da me. Io ero tranquillo, sia perchè non era avvenuto nulla di grave e sia perchè pensavo di aver fatto il primo passo verso l'avveramento del mio desiderio, al quale non pensavo che Giovanna si sarebbe più opposta, per il fatto che l'avevo sempre rispettata, ED ANCHE IN QUELLA OCCASIONE NON LE AVEVO FATTO NULLA DI MALE" (Summ., pag. 49 ad 6, initio). Unde aperte patet illum actum luxuriae NON FUISSE PRIMUM inter sponsos, quam ob rem, actrix in depositione asserit: "Nel mese di ottobre mi accorsi che vennero a mancarci le regole. Senza lontanamente supporre una qualunque relazione di quel feno-

meno col contatto avuto con Eraclio, ne parlai a mia madre e la cosa fu anche trattata con mio fratello medico" (Summ., pag. 28 ad 6, versus dimidium); nullus timor, specificè in ea, exortus quoad praegnantiam, ob relationem habitam cum viro. Et cum rem pandit proprio sponso: "Mi disse che non le erano venute le regole e che era molto preoccupata".

Vir absolute affirmat: "Le risposi che dall'atto di quella sera, non era possibile le venissero delle conseguenze (plus quam semel) e doveva quindi certamente trattarsi di un ritardo" (Summ., pag. 49 ad 6 versus dimidium).

Prius quam ad ulteriora procedamus, advertamus necesse est actricem declarare: "non vedere più al D. M." (Summ., pag. 28 ad 6 initio), et aversionem habere contra conventum ob actionem ab ipsomet positam: "allora cominciai ad odiarlo" (Summ., ibidem), cum nulla alia ratio sit quae ei matrimonium illud reddat invisum; nam, de cetero, virum desiderabat, eumdemque amabat (Summ., pag. 24 ad 3 et pag. 26 ad 5). Jamvero haec omnia nequeunt conciliari cum ipsiusmet depositione: "... non sapendo più a chi rivolgersi, andai alla ricerca di Eraclio, l'unica persona al corrente della mia situazione" (Summ., pag. 29 ad 6 initio). Mutatio, igitur, voluntatis eius, quoad matrimonium, momentanea quidem habetur quia illa consecraria actus incompleti luxuriae parvipendit quia non erat rationabiliter scrupulosa (ut patet) et potius, quia erat proterva, pro nihilo bonum pudicitiae habebat. Re vera, ipsa fuit quae denuo ad conventum redivit. Et frequentes erant eorum occursus quia ad rem deposuit D.na H. D. M.: "Come ho detto vidi una volta sola Giovanna a Roma, QUALCHE MESE PRIMA DEL SUO MATRIMONIO. Me la presentò Eraclio e seppi che i due ragazzi SI VEDEVANO. Non appresi però quale fosse il tenore dei loro rapporti. RICEVETTI DOPO QUALCHE TEMPO LA PARTECIPAZIONE DEL MATRIMONIO" (Summ., pag. 101, ad 4/10).

Sed coniuges non sunt sibi cohaerentes in chronographia factorum:

ACTRIX asserit: "Nel MESE DI OTTOBRE mi accorsi che vennero a mancarmi le regole"... "AL SECONDO MESE, dovetti fare la stessa constatazione, inoltre cominciavo ad avvertire qualche altro fastidio" ET POSTEA "andai alla ricerca di Eraclio" (Summ., pag. 28 et 29).

CONVENTUS vero affirmat: "Un giorno, DOPO CIRCA UN MESE DALL'EPISODIO NARRATO, Giovanna venne a ricercarmi. Mi disse che non le erano venute le regole e che era molto preoccupata" (Summ., pag. 49 ad 6 versus dimidium).

At non videtur partium confessio, modo relata, veritati respondere, quia cito postea uxor declaravit: "Quando affacciai con lui l'ipotesi di una mia gravidanza, si fece una grande risata, assicurandomi. Dietro le mie insistenze, tuttavia si decise ad accompagnarmi da un certo dott. D. F..." (Summ., pag. 29 initio); quod quidem confirmavit vir: "Poichè tuttavia la ragazza insisteva, la accompagnai dal medico di famiglia, dott. D. F." (Summ., pag. 49, versus finem).

Notetur et hic: "si fece una grande risata... tuttavia si decise ad accompagnarmi...", idest NULLA CONVENTI TERGIVERSATIO postquam certior

factus est “che non le erano venute le regole”, et hoc evenit post unum vel duos menses ab illis vespertinis temporibus sessis absque sensibus in pratis tenerrimis “alle Capannelle”! Laudanda est diligentia conventi, qui perrexit porro ire fero fronte et vultu “dal medico di famiglia, Dott. D. F.” (Summ., pag. 49 versus finem).

Necesse est hoc quoque adnotare: “Essendo —ait conventus— io certissimo di non aver posseduto la ragazza, a me interessava soltanto sapere se era integra o meno, non volevo infatti che essa avesse avuto rapporti con altro uomo e volesse addebitarmene le conseguenze” (Summ., pag. 49 versus finem). Haec conventi expositio commento nec indiget, cum viri quoque intersit obtinere declarationem nullitatis sui matrimonii.

Quoad uxoris INCONSTANTIAM, sufficit recollere quod dum ipsa asserit: “Siccome la causa prima di quel mio stato, era il D. M., io sentii accentuarsi nel mio animo il mio odio e la mia repulsione per lui”; in EADEM DEPOSITIO-NE, invicem, testificatur: “Tuttavia NON RIUSCIVO A RASSEGARMICI a quella sorta e CHIESI A ERACLIO di trovare un qualunque rimedio per uscire da quello stato di cose” (Summ., pag. 29 versus dimidium). Unde non constat de vera uxoris aversione. Et crescit diffidentia si verba viri leguntur: “Purtroppo l'analisi risultò positiva, MA IO NON RIUSCIVO A RASSEGARMICI ALLA SORTE AVVERSA. PENSAI QUINDI DI RIVOLGERMI ad un altro mio amico medico, dott. Campanella, nell'intento di eliminare la gravidanza” (Summ., pag. 50 initio). Ex talibus verbis conventi non sequi aversionem actricis a nuptiis patet quia non quievit in sua sorte vir, de uxore vero nihil dicit.

10. Adsunt insuper ALIA INDICIA, quae UXORIS AVERSIONEM prorsus excludunt.

Loquens deinde actrix fatetur: “Mi accompagnò al reparto di Ginecologia del Policlinico,... Non c'era più dubbio che trattavasi di una gravidanza ED INSIEME OCCORREVA RINUNCIARE AD OGNI ESPEDIENTE dopo il fallimento dei rimesi già adottati” (Summ., pag. 30, initio).

Loquens deinde fatetur: “Poichè MAI SAREI RIUSCITA A CONFIDARMI CON MIA MADRE, lo stesso dott. C. se ne prese l'incarico descrivendole l'intera situazione” (Summ., pag. 30 ibidem), i. e. de praegnatione puellae.

Et consonat conventus, dicens: “Quello che maggiormente ossessicrava la ragazza era il PENSIERO DI QUANTO SAREBBE AVVENUTO IN CASA sua al momento in cui sarebbe stato necessario svelare la situazione”.

Et nihil mirum idcirco quod: “Siccome essa non aveva assolutamente il coraggio, FU LO STESSO DOTT. C. CHE SI OFFERSE di assolvere quel compito, poichè, entro breve termine LA GRAVIDANZA POTEVA DIVENTARE VISIBILE” (Summ., pag. 50 in fine). En motivum patefacit de interventu Doct. C. ad rem componendam. Bene hic attendatur: hucusque omnia suspensa erant in animo puellae et sponsi!

Attamen non ita ex actis patet, si vera est depositio D. nae CAROLAE: “NEL NOVEMBRE di questo stesso anno ricevetti da Giovanna una lettera nella

quale MI DICEVA CHE SI PREPARAVA A SPOSARE CON ERACLIO, senza darmi spiegazione di sorta” (Summ., pag. 110 versus dimidium).

Actrix vero ad rem interrogata declarat: “Non ricordo di aver scritto questa lettera: non posso però escludere di avergliela scritta. Con questa cugina avevo confidenza e corrispondenza epistolare”. Et futilem explicationem affert: “Se l’ho scritta, certamente l’ho scritta dopo che della mia gravidanza era stata informata mia madre. Poichè mia madre è venuta a conoscenza FINE NOVEMBRE = PRIMI DICEMBRE, escludo che la lettera sia stata scritta prima di questo periodo...” (Summ., 3, pag. 5, versus finem).

Post hanc notitiam: “La mamma, già sofferente di cuore, ebbe una crisi spaventosa. Si espresse con violenza nei miei confronti, trattandomi come meritavo... Per lei l’unica soluzione possibile era il matrimonio ed in tal senso prese ad agire” (Summ., pag. 30 ad 6 et 7).

Quid manebat intra limites prudentiae tum familiae actricis tum conventi, nisi contrahere matrimonium?

Conventus confirmat: “Seppi poi da Giovanna che sua madre ebbe una crisi spaventosa quando apprese la triste storia. La conclusione immediata fu da parte della mamma di Giovanna, che occorreva sposare” (Summ., pag. 50 in fine). Sequitur consecretarium: “Giunti a questo punto, anche io ritenni necessario mettere al corrente della situazione i miei genitori perchè decidessero essi stessi, d’accordo con la famiglia Giopertini, che cosa si dovesse fare” (Summ., pag. 51 ad 7 initio).

Haec omnia nullam novam perturbationem excitaverant in Iohanna, sed neque in Heraclio; quomodo vel remote quis suspicari poterit animum aversum a matrimonio contrahendo cum Heraclio? Et hoc tam certum est, ut actrix, in eadem sua depositione, confirmans suam absolutam intentionem, dicat: “In fondo io avevo frequentato il D. M. contro la loro volontà e QUESTO SIGNIFICAVA PER LORO PER LO MENO, la presenza di quei sentimenti necessari e sufficienti per il matrimonio” (Summ., pag. 31, initio). Et ita fuit, leges psychologicae et logica hoc admittunt. Aversionem in sponsa erga sponsum excludit Heraclii constans et compositus modus se gerendi; aversio Iulianae a matrimonio contrahendo cum Heraclio, si aliquando fuit, externa tamen circumstantiae, et familiae adiuncta, actricem induxerunt ut diverso modo res perpenderet ac libraret.

Sed IPSA ACTRIX OBIECIT: “Sarebbe stato in realtà assurdo che al momento in cui le cose si erano complicate in tal modo, io andassi a dire che oltre tutto non solo non amavo, ma odiavo il D. M.” (Summ., pag. 31 initio).

At explicatio allata non est facile acceptanda, cum ipsamet fatetur: “Dovetti per tanto sentirmi ripetere il ritornello della necessità del matrimonio, senza poter profferire parola ma esacerbata nel mio intimo” (Summ., pag. 31 initio). Mater, enim, dedit filiam occasionem manifestandi aversionem erga sponsum, et nullibi patet.

Lacrimabilis quidem Johanna vita, at nihil habetur auferens, aut injuste laedens, eius libertatem in nuptiis contrahendis.

11. Tegenda non est silentio haec ACTRICIS depositio: “FU NECESSARIO PRENDERE CONTATTO CON LA FAMIGLIA D. M. e da questo fatto mi venne insperato un barlume di salvezza. Quei signori difatti, che A NOSTRA INSAPUTA SI TROVAVANO IN CRITICHE CONDIZIONI FINANZIARIE, videro nel matrimonio un mezzo per risanare la loro situazione. Presero, quindi, a pretendere una dote e avendo saputo delle intenzioni dei genitori DI ASSEGNARMI UN APPARTAMENTO DI NOSTRA PROPRIETA’ A T. insistettero per il possesso immediato. Questo modo di fare, provocò un risentimento nei miei genitori e specialmente in mio padre. SERVIRSI DEL MIO STATO PER AVANZARE DELLE PRETESE E PER FARNE UN RICATTO ERA UNA UMILIAZIONE insopportabile. Quando sentii parlare mio padre in tal senso, MI FECCI CORAGGIO ED ESPRESSI A LUI ED ALLA MAMMA la mia ferma volontà di non sposare. Dissi che non avevo mai avuto alcun sentimento per quel giovane (quod verum non est), e che dopo quanto era avvenuto, ritenendolo responsabile della mia sventura, lo odiavo con tutte le mie forze” (Summ., pag. 31, versus dimidium). Amor enim non facit matrimonium, sed consensus.

Sed addit actrix: “Ma sulla opposizione di mio padre e sulle mie dichiarazioni ostili al matrimonio, ebbe ancora una volta ragione il fermo atteggiamento di mia madre... essa continuò ancora a considerare il matrimonio come inevitabile” (Summ., pag. 32 in fine).

Haec instantia matris, in cuius praesentia Iohanna matrimonium elegit, fuit circumstantia externa, voluntatem actricis minime ad hoc matrimonium determinans (cfr. Summ., pag. 6 in fine, et pag. 147 ad 11).

Rem confirmat D.na CAROLA: “Quando venni, Giovanna mi disse che la decisione del matrimonio era dovuta al fatto CHE SI TROVAVA INCINTA per opera del D. M.” (Summ., pag. 110 versus finem).

Iuvabit ad amussim verba actricis referre, quibus asserta matris coactio roboraretur: “Mio padre aveva affacciata la idea di lasciarmi andare presso i parenti in Toscana, per dare alla luce la creatura fuori dal nostro ambiente. Ma mia madre ebbe a dichiarare che MAI AVREBBE ACCETTATO IN CASA UN BAMBINO NATO IN QUELLA MANIERA e tornò ancora sul tema del disonore, della critica della gente, dello stato di inferiorità nel quale cisi sarebbe trovati di fronte ad amici e conoscenti. Queste parole furono ripetute da mia madre tutti i giorni e tutti i momenti fino a diventare per me una ossessione” (Summ., pag. 32 initio).

Mater actricis nihil aliud fecit nisi honestati et famae propriae filiae consulere, in matrimonium actrici quem citius celebrandum instando.

Ut actrix scribit in libello: “... inoltre il disonore più grande sarebbe caduto su tutta la famiglia; continuamente alludeva alle dicerie della gente e via di questo passo con una storia interminabile che mi portava alla disperazione” (Summ., pag. 7, initio); quin minae adhiberentur, si verba dura, ut in his casibus accidere solet, excipiat.

12. Verum haec agendi ratio NON EVINCITUR AD GRAVEM ET GRAVITER INJUSTAM VEXATIONEM et compulsionem pervenisse, consideratis causae adiunctis, nimirum:

a) **INDOLE ET CONDICIONE MATRIS**; quae, si ob mutatum filiae consilium, ira efferbuit, non tamen exhibetur ut violenta mulier, filios imperiosa auctoritate regens, in eosque gravis indignationis timorem incutiens.

Ita legitur in libello: "Mia madre è una donna molto brava e QUANTO MAI AFFEZIONATA ALLA FAMIGLIA FINO AL SACRIFICIO. Nello stesso tempo però è di carattere forte ed autoritario, forse favorita dal fatto che per le continue assenze di mio padre, ufficiale di Ferrovie, lei era la effettiva capo-famiglia..." (Summ., pag. 7 initio). Jamvero Johanna ea profecto non erat quae coram matre facile trepidasset;

b) **INDOLE ET CONDICIONE ACTRICIS**, a pluribus mensibus saltem nimia libertate fruebatur: "Io subivo questi incontri (cum convento) —scribit actrix— ANCHE PER REAZIONE NEI CONFRONTI DI MIA MADRE, che con ossessivante petulanza me li impediva" (Summ., pag. 2 in fine). (Cfr. etiam Summ., pag. 141 in fine et pag. 146 ad 8).

Giovanna, enim, animi erat non pavidi sed vivacis, suorumque consiliorum tenacis: "Confesso che nei miei rapporti normali CON LA MAMMA NON ERO MAI STATA MOLTO REMISSIVA, perchè anzi quando i nostri punti di vista si differenziavano, le resistevo ad oltranza" (Summ., pag. 34 in fine).

Haec quidem omnia, ut verbis Instructionis S. C. S. Officii a. 1883 (cfr. can. 6, 2) utamur, ostendunt puellam frui libertate saltem aliqua, iuxtaque propriam voluntatem operari posse nec sub arcta matris vigilantia vivere;

c) **NATURA, SEU OBIECTO ET MODO, INSTANTIARUM MATRIS**. A priori animadvertentum est eadem ratione ac matrem, actricem pressisse patrem et fratrem: "Essa non avrebbe mai permesso che quanto era accaduto a mia sorella, divenisse di pubblica ragione e disonorasse la famiglia. Inoltre essa divenne opprimente, con Giovanna, nel ribadire continuamente che, alla sua mancanza NON C'ERA ALTRO RIMEDIO CHE IL MATRIMONIO. Tutte le volte che l'argomento veniva trattato collettivamente, tanto mio padre quanto io, DIMOSTRAVAMO DI ESSERE DELLO STESSO PARERE DELLA MAMMA" (Summ., pag. 81 versus finem).

Si itaque actrix his considerationibus cessit, prout proponebantur, non solum a matre, sed a patre et fratre, dicenda est cessisse timori eorum subeundorum malorum, INDEPENDENTER A PERSONIS, hoc est, metum si quem subiit, non fuisse ab homine sed ab intrinseco.

Hae rationes nonnisi obiectivos certosque effectus abruptiois continent, qui utique a Johanna considerari debuerant, ne inconsiderate ageret. NULLA ITAQUE INJURIA EI INLATA EST ab eis recoleantibus. Ne quidem quoad modum; nam si mater institit non sine ira aliqua ac lacrymis: "Piansi disperatamente anche quel giorno, ma dovetti rassegnarmi a concedere la figliuola a quel

ragazzo" (Summ., pag. 73 versus finem), non probatur mater usa verbis gravi indignatione plenis, vel minas implicite continentibus (Summ., pag. 74, in fine). Ceterum, attento tempore sat brevi, quo coactio haec exercita praetenditur, deficit quoque diuturnitas instantiae. Gravitas autem evanescit praeterea, consideranti periculum vere grave quod familiae toti incumberebat ex mutato repente consilio Iohannae, quae iuvenem, a se liberrime electum, respuisset quodam ante nuptias die.

Enimvero ad nuptias cum Heraclio ineundas Johanna NON FUIT ADACTA TREPIDANS TYRANICIS MODIS MATRIS; sed sponte cessit rationibus gravibus quas mater, instanter sane at prudenter exposuit. Id nos edocet PATER ACTRICES: "Purtuttavia mia moglie sosteneva con me, come aveva già fatto con Giovanna, CHE SOLO COL MATRIMONIO SI POTEVA SALVARE LA SITUAZIONE... E poi la creatura che sarebbe nata ci avrebbe certamente un giorno maledetto, perchè sarebbe rimasto un bastardo e ne avrebbe sofferto nei suoi rapporti sociali. Inoltre affermava che non voleva bastardi in casa... Mia moglie diceva con me che intanto si metteva a posto quella situazione. Tutto IL RESTO SAREBBE ANDATO PER IL MEGLIO, come tante altre volte accade, perchè, con la vita in comune, nasce l'affetto e la comprensione anche se in partenza sono mancati" (Summ., pag. 97 initio et versus finem et pag. 98 initio). At vero eiusmodi suavis auctoritas eaque magna, generat non metum sed fiduciam atque oboedientiam, affectus reverentiaeque gratia.

Et prosequitur pater: "Scontri e scenate tra mia moglie e mia figlia in casa non ce ne furono più. La prima continuava a dire senza mai stancarsi che doveva fare il matrimonio; la seconda, ormai esausta, NON RIUSCIVA PIU' AD APRIRE BOCCA e non faceva che piangere" (Summ., pag. 98 versus dimidium).

Unde non cortex verborum, sed factorum substantia est perpendenda. Ideoque, actis bene rimatis, fatendum est flagitationes matris non excessisse modicam, juxta id genus hominum, coactionem, quae licet parentibus ad tutandam famam et honestatum puellae nubilis.

Ceterum D.na S. deposuit: "Nè Giovanna, nè sua madre mi dissero infatti di UNA SUA VOLONTA' CONTRARIA al matrimonio" (Summ., pag. 92, versus finem, et cfr. etiam pag. 93 ad 11/15 initio).

13. Adhuc proderit aliquid dicere DE DISCUSSIONIBUS ANTE NUPTIAS exortis: "Ci furono degli incontri —ait conventus— tra i rispettivi genitori e sorsero delle divergenze per questioni di carattere economico" (Summ., pag. 51, versus dimidium).

Nec est obliviscendum quod hoc accidit: "IN UN SECONDO INCONTRO, —deponit MATER ACTRICES— i D. M. cominciarono ad avanzare delle pretese. Domandavano che io passassi alla figliuola una mia pelliccia di alto valore. Chiesero la cessione di un nostro appartamento a Torino, e avanzarono richieste di denaro".

Postea vero: "Mio marito si irritò per tanta spudoratezza e giunse a proporre di mandare la figliuola a partorire in qualche sito lontano, lasciando cadere il matrimonio" (Summ., pag. 74 initio).

Dubium enim exortum est in animo patris de matrimonio faciendo, cuius causa fuit postulatum parentum Heraclii, ut ageretur de pecuniae petitione. "A questa proposta —addit mater actricis—, Giovanna, che fino a quel momento non aveva avuto il coraggio di profferire parola, si disse d'accordo con suo padre ed aggiunse che essa non voleva assolutamente sposare Eraclio perchè non gli voleva bene" (Summ., pag. 74 ibidem). Sed actrix jam antea pacifice acceptavit nuptias.

Hisce prae habitis perpendenda venit actricis depositio: "... Dichiaro pertanto ed affermo sotto la santità del giuramento prestato che le pretese economiche avanzate dai D. M. NON FURONO LA CAUSA CHE MI SPINSE AD ODIARE IL GIOVANOTTO, ma mi offrivano soltanto l'occasione per manifestare ai genitori quella aversione e quell'odio per lui che avevo cominciato a nutrire sin da quando mi aveva mancato di rispetto" (Summ., pag. 145 initio). Itaque actrix deposuit in secundo examine.

Ad hoc adiuva bit considerare naturam causae et occasionis. Prima dicitur quam natura sua sequitur effectus; dum occasio, licet aliquid conferat ut effectus sequatur, tamen non natura sua in eum tendit, quia illum non continet totum virtute sua.

Verum ex his quae praemisimus, JUSTA HORUM OMNIUM AESTIMATIO facile emergit. Petitiones parentum Heraclii causa fuerunt cum irritationis patris actricis tum offensionis ipsius actricis; sed minime constat ex actis, matrem ita apud filiam instituisse, ut eius influxus censeri debeat causa matrimonii, si ipsa actrix fatetur: "E' vero di non esser mai stata molto remissiva con la mamma e confesso che ho sempre avuto UN CERTO CARATTERINO INDIPENDENTE e piuttosto arrogante, per cui spesso l'oppormi alla volontà di mamma costituiva per me un grosso motivo di soddisfazione. E se ci riuscivo ne ero proprio contenta, salvo naturalmente a prendercele quando essa si accorgeva che non la ubbidivo" (Summ., pag. 146 initio); at metus tunc tantum dicitur matrimonium dirimere, si vel in genere vel in specie est nuptiarum causa efficiens.

Concludendum est igitur, fatente actrice, mater nullo modo influxit in ipsius decisionem; et ad summum consentimus maternas preces tantum occasionem dedisse matrimonio, quod igitur propter easdem non irritatur.

Facile concedi potest patres Heraclii imprudenter egisse, cum ob utilitates et convenientias materiales filium et nunc actricem ad matrimonium induxissent, neglecta parte spirituali et concordia animorum; sed explicat mater conventi: "Noi parlammo sempre con la mamma di Giovanna. Quella donna, AL PRIMO INCONTRO SI MOSTRO' ENTUSIASTA DEL MATRIMONIO e fece un elenco di quello che avrebbe dato in dote alla figlia. Al secondo incontro

si mostrò invece freddissima e DI DOTE NON SE NE PARLO' più. Certo che da parte nostra si fecero delle pressioni perchè la ragazza portasse qualche cosa, dato che gli affari andavano maluccio" (Summa., 64, versus dimidium).

Unde dici non potest patres conventi limites a jure concessos praetergressos esse. Ceterum, deponit conventus: "La cosa non fu possibile essendo la ragazza di minore età e ci si dovette accontentare della promessa di trasferire l'appartamento a Giovanna appena possibile" (Summ., pag. 51, versus dimidium).

Et mater actricis consonat, dicens: "Se non che ci fu detto che non era possibile procedere all'atto di vendita a causa della minore età della ragazza" (Summ., pag. 75 initio). Cfr. etiam Summ. III, pag. 13 versus finem.

Si actrix, igitur, nuptias cum Heraclio acceptavit, NON FUIT OB IMPORTABLEM TIMOREM, in ipsa a matre excitatum: "Comunque —ait mater conventi— sulla decisione del matrimonio non ci fu mai alcuna incertezza, perchè DA PARTE DI TUTTI VENIVA CONSIDERATO come inevitabile, data la presenza di un bambino" (Summ., pag. 64 ad 7 versus finem); et nec aliter deposuit FRATER ACTRICIS (Summ., pag. 81 versus finem).

Dicatur potius, si rerum cursus ita se habuit, consecrarium logicum fuisse unicum i. e. matrimonium (Summ., pag. 85 versus finem).

Quare sustineri nequit Johannam, jam ab initio, fuisse contrariam matrimonio cum Heraclio contrahendo. Et quamvis de tempore sponsalium affirmat actrix se servasse suam aversionem erga conventum, quam manifestavit parentibus occasione petitionis oeconomicae a parentibus Heraclii factae (Summ., 3, pag. 2, in fine), tamen ex varietate sese gerendi actricis, non sequitur in ea adfuisse magnam aversionem, sed solummodo eam non habuisse magnum amorem erga suum sponsum: itaque haec omnia an agatur de causa vel de occasione ad rem nostram paucum intersunt.

Nihilominus a testibus relata est uti causa aversionis ex parte actricis: "Sentì anche che, in una conversazione telefonica, si parlava di una pelliccia e la RAGAZZA SOTTOLINEAVA che, da parte della famiglia di M..., SI AGIVA PER INTERESSE" (Summ., pag. 89 initio; si vera sunt relata a teste); itaque etiam audivit D.na EUGENIA DI MOLITO: "Giovanna ebbe a dirmi anche che AD UN CERTO MOMENTO NON AVREBBE PIU' VOLUTO SPOSARE E CHE SI sarebbe rassegnata di restare nello stato in cui si trovava, PERCHE' (causa) la famiglia D. M. aveva avanzato delle richieste di carattere finanziario" (Summ., pag. 119, versus finem).

14. MATER in judicio, post infelicem nuptiarum exitum, CULPAM SIBI ADSCRIBERE VELLE, quod discussum matrimonium ipsa imposuit: "Giovanna davanti a me era timida e paurosa. Aveva avuto innumerevoli prove della mia fermezza e decisione e aveva finito per capire che, di fronte ai miei ordini, c'era solo da ubbidire" (Summ., pag. 75, ad 8 in fine).

Sed recolatur filiam relationes amatorias cum Heraclio habuisse: "per una specie di reazione a quell'ossessionante controllo" (Summ., pag. 25 in fine). Et statim mater subiungit: "In età giovanissima era stata fidanzata con un altro giovane e fui io a farglielo lasciare" (Summ., pag. 75 in fine).

Qua de causa bona fama Johannaee certo certius deterior facta est.

Et declarat BORGHESE: "per cui rinunciasti ad ogni vellecità" (Summ., pag. 105, versus initium).

Mater, prosequendo depositionem suam, refert se, per nuptias filiae cum convento, honori totius familiae consulere intendisse: "Vedevo già i parenti, gli amici ed i vicini che avrebbero commentato e riso sulla nostra disgrazia. VEDEVO GIÀ' DISONORATA LA FAMIGLIA, la divisa di mio marito e la reputazione di mia figlia. Capivo che la mia famiglia non sarebbe stata più quella di una volta" (Summ., pag. 72 versus finem). Et addit: "Nonostante l'opposizione di mio marito io sostenni che non ammettevo che la figliuola potesse restare in casa senza sposare e che non avrei mai ospitato un suo figliuolo bastardo. Continuai ad insistere con le parole e con la forza per indurre Giovanna al matrimonio" (Summ., pag. 74 in fine).

Sed in tota haec narratione, etiamsi omnia vera sint, UBINAM INJUSTA COACTIO? Si mater filiam fortiter obiurgavit, si etiam percussione dedit (sed hoc semel): "... quando il C. se ne fu andato, la massacrai di botte, coprendola di insulti e di parole scorrette che mai erano uscite dalle mie labbra. Le dissi che ormai non restava altro da fare che sposare" (Summ., pag. 73 initio); sed hoc ad filiam castigandam potius quam ad matrimonium imponendum, quia si revera actrix invita esset, haec et plus sustinere potuisset. Cedere potius debuit quia sciebat se malum fecisse. Dicit mater eius in suo testimonio: "Giovanna, in quei giorni, restò letteralmente muta nel suo dolore ed anzi, PER PARECCHIO TEMPO, NON CI PARLAMMO NEPPURE" (Summ., pag. 73 versus finem).

Violentiae autem deerant et si obiurgationes factae sunt, justos limites non excedebant.

Et revera deposuit D.na CAROLA: "Io restai a Roma circa 8 giorni. Durante quel periodo di tempo si ebbero ancora delle animate discussioni tra madre e figlia, ma IO NON POSSO DIRE DI AVERE ASSISTITO A MALTRATTAMENTI perchè debbo supporre che le reazioni più forti siano avvenute appena si conobbero i fatti" (Summ., pag. 111 versus dimidium).

Nullimode pater confirmat filiam modo injusto a matre ad nuptias coactam fuisse; deponit pater in iudicio: "Se la volta precedente nel deporre qui in Tribunale dissi che tra mia moglie e mia figlia scontri e scenate non ce ne furono più, volli soltanto significare che non ce ne furono più alla mia presenza, dopo quella volta che i familiari del D. M. vennero a chiedere la dote, dando precisa l'impressione che volessero ricattarci. Allora ci fu un grosso scontro tra mia moglie e mia figlia, perchè questa, fattasi forte che anch'io ero seccato e non volevo più sentir parlare di matrimonio, aveva,

con più veemenza del solito, detto che non voleva sposarsi..." (Summ., pag. 153, versus dimidium); ultra limites siquidem a jure concessos matrem Julianae non videtur egisse, secundum dicta patris. "Alla fine —deponit pater— mia moglie FINI' COL CONVINCERE ANCHE ME, che finii col dare il consenso" (Summ., pag. 153, ibidem), itaque filiae consiliis et adhortationibus adstitit. Quod vero gravius est, pater, sincerius uxore sua, indicat tempus, quo filia animum ab Heraclio aversum ostendisset, et modus agendi Johanna consonat cum iis, quae pater ipsius in iudicio rettulit.

Nec obiiciatur depositio D.nae R. M., quae asserit: "Molto spesso, specialmente quando nelle ore mattutine si restava soli in casa, perchè i bambini andavano a scuola, mi capitava di sentire delle liti tra madre e figlia. Costei gridava che non voleva sposare e l'altra la chiamava con i titoli più ingiuriosi e ribadiva che avrebbe sposato anche se non voleva..." (Summ., pag. 88 ad 6/10 versus finem); nam ea quae testis refert nec ab actrice neque a testibus confirmatur.

OBIICIETUR: et in altera instantia prosequitur D.na M.: "Il palazzo dove abitiamo, un casermone dell'INCIS, di 24 scale e di 10 piani, E' TALMENTE SONORO che i rumori degli appartamenti attigui, sottostanti o sovrastanti, si avvertono come se fossero dentro... SE POI POGGIO L'ORECCHIO ALLA PARETE, allora addirittura potrei contare i respiri delle persone che mi abitano vicino" (Summ., pag. 154 in fine et pag. 155). Itaque, in casu, periculum quod repetitis interrogatoriis imminet non omnes effugerunt; nam de difficultatibus quas actricis intentio patitur per sententias negativas edocti, ea quibus causa, suo sensu, adiuveretur amplificaverunt; ea vero quae obiecta sunt minuerunt vel correxerunt. Quare in tertia ista instantia Iudex probationes, ex sua conscientia aestimandas, debet haurire non solummodo ex actis in secunda et in tertia instantia collectis, verum etiam ex actis collectis in prima instantia.

Amicus conventi, doct. C., ita studet causae favere, ut affirmare audeat: "Quando riferii la prima volta lo stato della figliuola alla sig. G., la ragazza era presente e sedeva vicino al letto dove la mamma giaceva. Di primo impeto Giovanna ricevette QUALCHE SCHIAFFO DALLA MAMMA, poi fui io stesso a farla allontanare, perchè mi preoccupava il suo stato di salute" (Summ. alterum, pag. 3 versus dimidium).

MATER VERO ACTRICIS tantummodo refert; "La crisi che io ebbi allora non è facile descriverla. MI MISI A PIANGERE, ad urlare, a strapparmi i capelli. Vidi crollare tutto il mondo intorno a me. Dissi al dottore che avrei preferito che mi avesse comunicato un investimento o la morte stessa della figliuola" (Summ., pag. 72, versus finem).

Deinde prosequitur: "Spinta da tutto l'insieme delle considerazioni già esposte, ebbi subito una reazione rabbiosa nei confronti di Giovanna, QUANDO IL CAPPORELLA SE NE FU ANDATO" (Summ., pag. 72 in fine); non enim coram Doct. C. inspectante; itaque concludere jam possumus depositionem doct. Capporella veritati non respondere.

ACTRICIS MATER subiungit: “La massacrati di botte, coprendola di insulti e di parole scorrette che mai erano uscite dalle mie labbra” (Summ., pag. 73 initio); SED QUOMODO MATER ACTRICIS AFFIRMARE potest: “... quando il C. se ne fue andato, LA MASSACRAI DI BOTTE...”, si Doct. C. anceps non est referre: “Mi recai quindi in casa G. e ricordo che TROVAI LA SIGNORA A LETTO, per una caduta che aveva richiesto la INGESSATURA DI UNA GAMBA” (Summ. alterum, pag. 2 versus finem). Quomodo relata a matre actricis evenire poterant?

Nec magis valet testimonium D.nae I. de S.; quae deponit: “SOLO DOPO IL MATRIMONIO SEPPI che i motivi per cui la madre esercitava pressione sulla figlia era il suo stato interessante” (Summ. tertium, pag. 35, ad 14). Sed in eius DECLARATIONE SCRIPTA legimus: “Dalla signora R., che è sempre al corrente di quanto avviene nel caseggiato, SEPPI CHE GIOVANNA ASPETTAVA UN BAMBINO DAL FIGLIO DEL SIG. D. M. che gestiva un negozio di pane e pasta di fronte a casa nostra. La madre era sconvolta e voleva che la figlia salvasse l'onore della famiglia sposando il ragazzo ma lei non voleva saperne affatto” (Summ., pag. 170 in fine et 180 initio).

CONTRADICTIONES testis habentur in propatulo. Et cur in iudicio affirmare etiam potuit: “Dalla mia stanza si sentiva la figlia rispondere alla madre: “Il bambino me lo terrò io” (Summ. tertium, pag. 35 initio); igitur iam antea sciebat de praegnantia Johanna. Si circumstantiae et indicia rimentur, hoc tantum verum videtur: “Dopo qualche mese di matrimonio —scribit D.na Irma—, siccome la vita coniugale della figlia non procedeva bene la signora G., oppressa ed abbattuta sentì il bisogno di sfogarsi con me. E così venni a sapere con più particolari quanto già avevo saputo dalle indiscrezioni della signora R.” (Summ., pag. 180 versus finem). Omnia bene cognoscit tempore omnino suspecto.

D.nus Advocatus P. P. quamdam epistolam scripsit ubi legitur: “Mi resi però conto che Ella —actricis mater— intendeva solo salvare la forma e che doveva vincere prima l'ostilità di sua figlia e costringerla al matrimonio che essa non intendeva contrarre” (Summ., pag. 177 versus dimidium); et INTERROGATUS deposuit: “Mi riferì, per tanto, che la figlia era in una situazione imbarazzante, perchè aveva avuto rapporti con un giovane ed era necessario sistemarla. Aggiunse che la ragazza non voleva saperne e che per addolcire il giovane e la famiglia di lui, era necessario procedere all'atto di donazione, di cui mi aveva parlato” (Summ. tertium, pag. 20 in fine et pag. 21 initio). De coactione autem vere et proprie NIHIL AUDIVIT; unde testimonium paucis absolvitur: certe injustam coactionem non habemus, secus, fere omnes mali juvenes mulieres gravidas in matrimonium ducentes possent inde petere nullitatem vinculi ob metum.

D.nus GERARDUS PIAVE etiam conscripsit declarationem: “HO CONOSCIUTO GIOVANNA G. NEL 1953... cominciai a frequentare la casa G. e mi resi subito conto della situazione non regolare di Giovanna che viveva in casa dei Genitori con il bambino, ma non con il marito” (Summ., pag. 177 in

fine). Verba haec sufficiunt: quae audivit, praeterquam quod tempore suspecto, a Iohanna et ab huius parentibus relata fuerunt: “MI PARLAVA, quindi, di pressioni che erano state esercitate su di lei dalla madre ed IO MI RENDEVO CONTO, anche se Giovanna non era esplicita a riguardo, che l'intervento della madre doveva essere stato provocato dall'esserci compromessa con il D. M.” (Summ. tertium, pag. 24, initio), et addit: “Aveva quindi deciso —mater— che la figlia dovesse sposare, nonostante la sua riluttanza, perchè era l'unica soluzione possibile” (Summ. tertium, pag. 25 versus dimidium); inde circumstantiae externae fuerunt causa efficiens nuptiarum et non vero metus a matre incusus.

Quod quidem confirmat D.na M. G., actricis amita: “A breve distanza di tempo, la stessa madre di Giuliana confessò che il matrimonio era necessario, perchè la figlia aspettava un bambino”, et subiungit: “NE GIOVANNA, NE' SUA MADRE DISSERO CHE DA PARTE DELLA PRIMA ESISTESSE UNA CONTRARIETA' ALLE NOZZE, ma siccome io ebbi modo di constatare che Giovanna, aveva sempre un atteggiamento triste, capivo che essa non aveva alcuna intenzione di sposare il D. M.” (Summ. tertium, pag. 28 initio), sed nihil mirum, si puella tristis erat, post illicitum eius commercium cum convento. Nec injuste egit, ne quoad modum quidem, mater, increpando filiam; parentes enim non possunt “cogere filium ad matrimonium per praeceptum, cum sit libere electionis”, sed valent “eum inducere ex rationabili causa” (S. Thomas, Suppl., qu. 47, a. 43). Heic autem rationabilis, immo gravis causa auberat, dedecus nempe reparandum, atque necessitas impediendi ne ulterius filia, libidini facilis, turpes foveret relationes.

15. Hisce attentis, bene explicatur CIRCUMSTANTIA ANTECEDENS matrimonium, quando actrix, ut extollat aversam suam voluntatem, asserit: “Alle domande che mi furono rivolte intorno alla libertà del consenso, non ritenni opportuno rispondere con una confessione della realtà delle cose”; licet eadem prudenter opinionem dumtaxat exprimat: “tra l'altro, se non erro, al mio interrogatorio fu presente mia madre” (Summa., pag. 36 versus dimidium).

Diem celebrationis nuptiarum non iucunditatem recreasse contendit actrix: “Si fece una cerimonia piuttosto intima invitando i parenti più stretti. FURONO PRESSE DELLE FOTOGRAFIE che farò avere al Tribunale. Mi parve di agire come un automata, come se i miei movimenti avvenissero nel sogno e che tutto quanto mi circondava non interessasse la mia persona” (Summ., pag. 39 versus dimidium), sed nuptiae ipsi non displicebant. Ad rem legitur in depositione D.nae E. D. L.: “Non fui presente alla cerimonia di matrimonio in chiesa, perchè feci ritardo, ma intervenni al ricevimento che seguì, mi pare, in un albergo. Non essendo in possesso dei precedenti che avevano portato al matrimonio e, pensando che i due fossero sposati per amore, NON TRASSI PARTICOLARI IMPRESSIONI durante quel trattamento” (Summ., pag. 118 versus finem).

16. *Circumstantiae quoque SUBSEQUENTES matrimonium non favent thesi actricis.*

Matrimonium enim consummatum est, ut ait actrix: “Fin DALLA PRIMA SERA avemmo camera e letto in comune e ci furono rapporti intimi. Tuttavia io restai assolutamente passiva ed anzi mi prestai con vera nausea” (Summ., pag. 40 ad 13 versus dimidium et Summ., pag. 8 versus finem), quod quidem confirmat conventus: “Poichè non vi erano da parte mia disponibilità economiche, ci accontentammo di un viaggio ad Avezzano presso dei miei parenti. Ci fu la consumazione del matrimonio, ma io notai una completa incorrispondenza da parte di Giovanna, sicchè si riduceva ad un semplice sfogo” (Summ., pag. 56 ad 13 versus dimidium). Matrimonium enim consummatum est, de communi partium consensu, prima nocte nuptiali. Deinceps relationes intimae fuerunt normales.

Nec dicat actrix se matrimonium abhorruisse quia proles excludebatur: “Inoltre, dal mio consenso era esclusa la possibilità della procreazione” (Summ., pag. 40 initio). Et quoad prolis exclusionem haec dicit conventus: “Poichè si era detta d'accordo con me sulla questione dei figli, consentendo il matrimonio, certamente li escludeva” (Summ., pag. 56 initio). Ambo explicitè ad exclusionem sobolis se referunt. Quoad testes, illi e *FAMILIA ACTRICIS NIHIL* sciunt (cfr. Summ., pag. 76 ad 9; 199 ad 9; 113 ad 10); e familia conventi mater eius declarat: “A seguito della decisione del matrimonio, Eraclio mi disse una volta che, pur facendo il suo dovere, *PENSAVA DI NON AVERE FIGLI NEL FUTURO*, data la nostra precaria situazione economica” (Summ., pag. 65, ad 9). Equidem ad summum concedi potest in conditionibus familiaribus in quibus Heraclius versabatur sermonem factum fuisse de vitandis filiis. Sed non agebatur de excluso iure. Asserta exclusio certe vestem non habuit iuridicae condicionis ad normam can. 1092, sed, etiam hac admissa, ex eis quae supra dicta sunt, non actum esset de iure excluso, cum causa adducta temporalis sit. Nec quidquam deduci potest e vita coniugali in favorem causae, nam duravit tantummodo circiter tres annos (cfr. Summ., pag. 42 initio et 43 in fine).

17. *Dissidia exorta sunt pluribus de causis, quae nullam habent relationem cum coactis nuptiis:*

a) *QUIA VIR AGEBAT CUM UXORE VELUTI CUM EXTRANEA ET SERVA.* Narrat actrix: “La vita coniugale fu intrapresa in casa D. M. Le cose cominciarono ad andare subito male, perchè mi *TROVAI COMPLETAMENTE ISOLATA* in quella famiglia. Mio marito non si preoccupava affatto di me... I miei suoceri pareva che non mi conoscessero. Ogni volta che dovevano parlare di qualche cosa che riguardava gli affari o altri argomenti che non mi si volevano far conoscere, essi si richiudevano in altra camera, insieme col figlio, trattandomi da estranea. Fui subito *SOTTOPOSTA A DELLE FATICHE PESANTI*, come lavare le lenzuola, cosa a cui non ero assolutamente abituata. Su di me cadeva anche l'intera pulizia della casa. Se qualche volta mi dimostravo

affaticata mia suocera mi diceva che occorreva abituarsi a lavorare” (Summ., pag. 40, in fine, et pag. 41, initio).

b) EX QUAESTIONIBUS OECONOMICIS.

Conventus deponit: “Gli affari del negozio ormai andavano a rotoli ed io ero in pratica UN DISOCCUPATO. Cercavo qualche lavoro, ma fino a quel momento non ne avevo trovato” (Summ., pag. 57 versus initium).

Et consonat actrix: “A causa del cattivo andamento degli affari di mio suocero, si cerco di procurare una qualche attività redditizia per Eraclio. Venne fuori allora che egli NON ERA AFFATTO PROVVISIO DEL DIPLOMA DI RAGIONIERE, come si era più volte vantato. Dichiarò allora di volersi dedicare allo studio per conseguire quel titolo e disse di frequentare una scuola serale. Gli esami ebbero luogo nel periodo in cui ebbi il bambino ed egli non vi si presentò affatto perchè non era preparato. Poi, PER INIZIATIVA DI MIA MADRE, si iscrisse ad un corso di marconista, anche lì finì per non concludere nulla, perchè diceva di non essere disposto a viaggiare. Finalmente trovò una attività lavorativa ad Avezzano, dove restò tre o quattro mesi” (Summ., pag. 41 in fine). Et confirmat actricis mater: “Il D. M. infatti non aveva nè arte nè parte. CERCAI PERFINO DI FARGLI PRENDERE UN DIPLOMA DI MARCONISTA, pagandogli le lezioni, ma egli non vi andò più...” (Summ. pag. 77 ad 14); et addit: “DATA LA MANCANZA DI SPAZIO, la figliuola dovette tornarsene a casa mia insieme col suo bambino. Avendo mia figlia ottenuto un posto attraverso un concorso, il Di M... voleva di nuovo riunirsi con lei. Al contrario, Giovanna avanzò domanda di separazione legale. Il giudice propose una convivenza di tre mesi a titolo di esperimento. Trascorso inutilmente quel periodo, i due procedettero alla separazione consensuale” (Summ., pag. 77, ad 15); et consonant alii testes (cfr. Summ., pag. 93 versus finem, pag. 99 in fine; pag. 120 initio).

Ut, patet, adiuncta postmatrimonialia, seu initialis pacifica conversatio, subsecuta dissidia, coniugalis convictus dissolutio non denuntiant matrimonium vi vel metu contractum, nec ullo modo, ne indirecte aut remote quidem, confirmant coactionem quae asseritur passa a muliere actrice.

18. Aliqua adhuc dicenda manent de INFORMATIONIBUS EX OFFICIO assumptis.

Actrix optimum quidem habet credibilitatis testimonium, quia Episcopus Exc.mus T. M. dicit eam esse: “persona moralmente sana, di principi religiosi ineccepibili e assolutamente degna di fede” (cfr. Informationes ex off. pag. 2 versus dimidium); tamen, cum iudicium ferri debeat juxta acta et probata, dicendum est, in casu, sufficienter probatum non esse actricem sub metu gravi nupsisse, ei a matre injuste incusso, quia eius assertio a testibus non confirmatur.

Assertio enim partis pro se sufficientem probationem veritatis rei asseritae non constituit. Alia, insuper, adest ratio negandi matrimonium fuisse

initum sub metu gravi injuste incusso; ex ipsa actricis depositione evincitur PRAEVALENTEM CAUSAM CONSENSUS FUISSE EIUS PRAEGRANTIAM et metum a matre incussum causam fuisse concomitantem.

At his in adiunctis, haud dubitari potest parentes jus habere fortiter filios obiurgandi, eis manifestandi propriam magnam indignationem, atque urgendi, ad scandalum vitandum, matrimonii celebrationem.

19. Semotis omnibus depositionibus mendacibus et exaggerationibus, ex tabulis processualibus simul consideratis haec tuto deduci possunt: Johanna Heraclio, cum nuptias cum ipso ineundas offerebat, statim affirmative respondit: pariter puellae parentes proposito matrimonio omnino favorabiles erant; atque ex tunc Heraclius et parentes eius domum parentum Iohannae frequentare coeperunt; decursu tamen sponsalium, mulier anceps facta est et haesitans circa celebrationem matrimonii ob praetensiones oeconomicas parentum sponsi: parentes vero ei ante oculos posuerunt ipsam cum eo vitam securam ducere posse.

Mater enim, ut vidimus, non praetergressa est modicam coactionem, parentibus in casibus similibus licitam, quae de cetero non ad extorquendum consensum, sed ad nuptias tantum properandas attinuit.

20. Quare, his omnibus consideratis, deficiente probatione aversionis et coactionis, necnon exclusionis prolis, firma fide confidimus Vos, Excellentissimi Iudices, proposito dubio responsuros esse:

NEGATIVE, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu.

Romae, die 7 martii 1967.

FRANCISCUS LÓPEZ ILLANA

Defensor Vinculi Deputatus